Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quas operari solet impius:
iniquo iniquet: Omnis iustitiae
eius quas fecerat: non recor-
dabuntur. In praeuaricatione sua
qua praeuaricatus est: et in
peccato suo quo peccauit: in ipsis
morietur. Et dixistis: Non est
aequa via domini. Audite ergo
domus israel: Numquid iniqua
non est aequa: et non magis
viae vestae praua sunt: Cum enim
auerterit se iustus a iusti-
tia sua et fecerit iniquita-
tem: morietur in eis. In iniu-
stitia sua quam operatus est:
morietur. Et cum auerterit
se impius ab impietate sua
quam operatus est: et fecerit iu-
stitiam et iudicium: ipse animam
suam viuificabit. Considerans
enim et auertens se ab omnibus
iniquitatibus suis quas operat-
est: vita viuet et non mo-
ietur. Dicit dominus omnipotens. Gr:
Saluum fac seruum tuum deus meus
sperantem in te. V. Miserere mihi domine quoniam ad te clamauit tota die. S. Iohem.
In illo tempore. Erat dies festus
iudeorum: et ascendit iesus hie-
rosolima. Est autem in ierusa-
lem piscina probatica quae cognomi-
nabatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens.
In his iacebat multitudo
magna languentium: aeco-
rum claudorum aridorum. exspectantium
aquae motum. Angelus autem
domini secundum tempus descendebat
in piscinam: et mouebatur aqua.
Et qui prior descendisset in pi-
scinam post motionem aquae: sa-
nus fiebat a quacumque detenebatur
infirmitate. Erat autem
quidam homo ibi: triginta
octo annos habens infirmita-
tem suam. Hunc autem cum vidisset
iesus iacentem: et cognouisset quo-
iam multum tempus haberet. Dicit
illi. Vis sanus fieri: Respondit
ei languidus. Domine: homi-
nem non habeo: ut cum mota
fuerit aqua mittat me in
piscinam. Dum venio enim ego:
alius ante me descendit. Di-
cit ei iesus. Surge tolle grabat-
tum tuum: et ambula. Et sta-
tim sanus factus est homo:
et sustulit grabatum suum et am-
bulauit. Erat autem sabbatum
in illo die. Dicebant ergo iu-
dei illi qui sanatus fuerat. Sa-
batum est: non licet tibi tol-
lere grabatum tuum. Respondit eis
languidus. Qui me sanum
fecit: ille mihi dixit. Tolle
grabatum tuum et ambula.
Interrogauerunt ergo eum.
Quis est ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum et ambu-
la. Is autem qui sanus factus